## De Candia siue creta insula

DE modona trecente interiacent leuce ytalice vsq3 ad insu-
lam cretam siue Candiã que et ipsa tota sub ditione est vene
torum·nam ducem illo mittũt vnum ex suis· et exacto tem-
pore suo mutãt vt moris est eoꝝ etiã in alijs ꝑfecturis· Est
autem Candia siue creta grecie insula a quodam rege indigena dicto·
creta nominata|inter ortũ et occasum longissimo tractu· porrecta a sep
tentrione estibus·ab austro egiptijs vndis ꝓfusa·Fuit quondã centum
vrbibus nobilibus decorata·vnde et centapolis dicta est· Prima aũtẽ
fuit insula que remis et armis claruit ac sagittis · Prima literis iura
dedit·equestres turmas primo docuit·stũdiũ musicũ in ea primo reptũ
fuit et mũdo traditũ atq3 exercicio inibi ãpliatũ·Pecudes et capras ha
bet copiosas·ceruos autẽ et capreas valde paucas·lupos et vulpes alia
rũq3 ferarũ noxia genera nũq̃3 gignit·serpẽs ibi nullus·nulla bestia no
ciua ibi et si aliũde trãslata inueniat᷑ statim morit᷑ Terra ẽ vitib⁹ ami
ca|arboribus cõsita|herbis medicinalibũs referta vt diptamo et alho et
huiusmodi·Gemmas etiã generat ꝑciosas· gignit enim lapidẽ qui io-
cedactilus dicitur vt dicit ysidorus li·xv·Et cũ sit insula a maioribus
venenis notabiliter libera·tamen spalangias id est quasdam araneas
generat venenosas·hucusq3 ysi·libro·xv· Idem per omnia narrat Pli-
nius libro·iiij·De eadẽ vero insula dicit Orosius Creta ab oriente fini-
tur mari carpasio|ab occasu et septentrione mari cretico|a meridie ma-
ri libico q̃d adriaticũ vocant·Et habet in longũ passuũ milia centũ et
lxxxviij· In lato vero milia·l· Distat autẽ Candia insula a Rodo
leucis trecentis de qua insula mox dicetũr·

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-98/0037
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG